STANISLAI GRODICII,

Societatis IESV.

Colleg. Rom. Soc. Jesu

CONCIO
DE PROBANDIS SPIRITIBVS


Per missionem ordinariam,


Catal. Inscript.

HABITA

IN DIE FESTO SANCTI ANDREÆ Apostoli, coram Rege & Proceribus.

Bibl. Card. Bellarm.





CRACOVIÆ,

In Officina NICOLAI LOB: Anno Dñi:

M. DC. VII.



LECTORI Salutem.

IN ijs, quas pro Dominicis Aduentus Domini, in lucem dedimus, concionibus, de ijs Legatis diuinis qui modo quodam extraordinario, ab ipſo tantùm Deo, ad nos mittũtur, pro modulo noſtro egimus: mirabilibus illis, & Iudæorũ ad D. Ioannem Baptiſtam, & D. Ioannis Baptiſtæ ad Chriſtum, legationibus: ampliſsimam materiam ſuppeditantibus. Poſtea de altera ad nos Dei Opt: Max: per homines miſsione, quæ ordinaria eſt: ipſis D. Andreæ fe-

rijs coram Serenifs. Rege noſtro,& Regni Proceribus,qui tunc ad Regias Nuptias confluxerant:& cõtra hæreticos, & contra Pſeudo-politicos agere me contigit. Ea porrò quæ tũc diſſeruimus, vt typis mandarentur non pauca impellebant; ſed illud præcipuè, ne huius de diuina miſsione tractationis, cui initium dederam, aliqua ſaltẽ abſolutio deſideraretur. Quocircà eã licet ſeiunctã, en tibi Lector optime mitto. Tu eam & cui libuerit mearũ Concionũ Tomo adiunges,& mei in tuis ad Deum precibus immemor non eris. Vale.

CONCIO

DE PROBANDIS SPIRITIBVS, per ordinariam miſsionẽ

THEMA.

Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. Matth: 4



NON AVRIBVS SOLVM CORporis audiuiſſe: ſed oculis etiam mentis, cùm Euangelium legeretur, intuitos vos eſſe arbitror; Chriſtum Dominũ dum ad maris Galilęæ littora inambularet, duo fratrum piſcatorum paria comperiſſe, eoſq́; ad ſe vocaſſe, traxiſſe, pertractoſque recepiſſe. Nec ſine grandi myſterio fiunt hæc vniuerſa. Obambulat enim Dominus IESVS vtiliter, aſpicit amanter, accedit humiliter, vocat ſuauiter, & intus eorum, quos vocat, corda trahit potenter, ac tandem pertractos recipit benigniter. Quanta poteſtas IESV! quanta bonitas Saluatoris! Summa Euangelii hodierni.

Horum è quatuor fuit is, cuius hodie memoriam agimus D. Andreas, vir magnus ſanè & admirabilis. Magnus vitæ auſteritate, talis enim debuit eſſe diſcipulus, auſterrimi Ioannis Baptiſtæ. Magnus pietate ac probitate, quibus impulſus audito Ioannis teſtimonio ſtatim ſecutus eſt IESVM. Magnus Decem priuilegia S. Andreæ. 1. *Ioa: 1, 37. Ibidem.* 2. *Ioa: 1. 39.* 3.

rerum cœleſtium contemplatione, quæ ſua-
Ib: Ser: 41. uem ei diem illam in colloquiis cum Chriſto
reddidit. Magnus animarũ piſcatione: quip-
pè qui antequã verba hæc, VENITE POST
ME, &c in themate propoſita, à Domino au-
4. diſſet, piſcatus eſt magnum piſcem, fratrem,
inquam, ſuum Petrum, eumq; ad IESVM ad-
5. duxit. Magnus vocatione, vt potè Chriſti
Luc: 6.13. Apoſtolus, quod cum vndecim tantùm aliis
6. ei commune fuit. Magnus familiaritate cum
Io: 12.22. IESV; cuius nimirum operâ alii Apoſtoli
7. acceſſuri ad IESVM vſi ſunt. Magnus ani-
marum zelo, qui Scythiam, Epirum, Thra-
ciam, Achaiam, aliaſq; regiones penetrando,
innumeras Chriſto Domino lucratus eſt ani-
8. mas. Magnus & diligens in ſacerdotali offi-
cio, qui incruentum IESV Chtiſti ſacrificium
9. quotidie offerre conſueuerat. Magnus cru-
cis Chriſti amator, qua in re palmam cæteris
10. omnibus præripuiſſe videtur. Magnus deni-
que & patientiſsimus martyr, qui non ſo-
lùm acerbiſsimos crucis dolores alacriter bi-
duo ſuſtinuit: verùmetiam neque deponi ſe
inde paſſus eſt, neque cruci affixus, grauiſsi-
mis licet confectus doloribus, à prædicatio-
ne vnquam ceſſauit.

De diſcretione ſpirituum agendũ. *Dominica infra octa: Natiu: Conc: 2.* Habetis & Euangelii hodierni, & vitæ, ac priuilegiorũ D. Andreæ compendium, quorum vtrunque placuit exordii limitibus conſtringere, aliud quid meditanti. Eſt enim animus fidem olim datam liberare, atque in hac

amplissima nobilissimaq; ecclesiasticorum & sæcularium, Catholicorum, itemq; hæreticorum, & politicorum, corona de eo disserere quod possit prodesse omnibus, obesse nemini: quod qui rectè norit, falli in rebus fidei, qui verò ignorauerit, non errare in eisdem non possit: de eo, inquam, quod hæretici in ore semper, at in intellectu habent nunquam. Nostis identidem eos ex D. Ioanne inclamare; probandos esse *spiritus si ex Deo sint*, at vero à quo, vel quonammodo probandi sint hi spiritus quis illorum nouit? Nemo equidem. Nobis verò inuestigandi bonos & malos spiritus, obrusam dant regulam, tum hæc D. Ioannis verba, tum illa in themate posita: tum alia. *1. Io: 4. 1*

Quare quinque hac de re tractanda proponimus, principio quonammodo hæc D. Ioannis verba intelligenda, indeq; hæreticorum simplicium quidem inscitia, Ministrorum verò improbitas sit agnoscenda. Deinde ostendemus probandorum spirituum regulam vniuersalem esse, misionem diuinam, quæ cùm sit duplex, eius imprimis naturam explicabimus, quæ fit à Deo per homines. Tertiò, hinc deducemus, apud hæreticos misionem & spiritum, non Christi Domini, sed mali dæmonis reperiri. Quartò, hoc ipsum ex themate proposito declarabimus. Ac tandem fontem errorum istorum tum hæreticorum, tum politicorum, aperiemus, ac *PROP. Quinquepartita.*

de ſtatu Eccleſiaſtico,& ciuili, nonnihil diſſeremus. Da Chriſte IESV ita hæc perpendamus, vt ſpiritum, qui ex te eſt cognoſcentes, ductumque ipſius in omnibus ſequentes, ad
Io:14. 6. te qui *via, veritas, & vita* es, feliciter peruenire valeamus.

1. PARS ostendit quomodo D. Ioannes docceat probandos eſſe ſpiritus. Dilectus ille Chriſti IESV diſcipulus; qui multa ex eius pectore hauſit ſecreta, ſic quartum caput primæ ſuæ orditur epiſtolæ: *Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt, quoniam multi Pſeudoprophetæ exierunt in mundum.* Quæ quidem D. Ioannis verba, cum tanto affectu; energia, & exaggeratione recitant hæretici, vt ſimpliciorum quiſpiam exiſtimare poſsit, nos vel ea non recipere, vel nihili facere, vel non intelligere: aut certè talia ea eſſe, quæ doctrinam
Catholici animantur. noſtram euertant funditùs. Hinc fit, vt quidam Catholicorum, dum illa in medium proferri audiunt, ita exhorreſcant, vt alio ſermonē deflectant ſuū. Eos ego vt aliâs ſępè, ita nūc quoq; monitos eſſe velim, ne ob inanes aduerſariorū clamores deſpondeant animū,
1. A ſimili. ſed potiùs generoſos imitentur milites, qui cū frameas, haſtas, gladioſque in corpus caputq; ſuum vibrari conſpiciunt tantùm abeſt, pedem vt retrahāt, vt ſolerter perſpiciant, ſi quo
1. *Reg*: 17. modo arma ex hoſtium manibus excutere, illoſq; iiſdem perimere queant: idem & no-
2. Ab adiutorio. bis eſt faciendum, tantò animoſiùs, quantò qui nos adiuuant, & plures & potentiores

ſunt,

ſunt, nempè veritas, Eccleſia, ipſe deniq; Deus; qui etiam efficiet, vt in ipſorum confuſionem (vtinam & ſalutem) hæc redundent omnia. Sciant igitur velim, ſcioli iſti, Eccleſiam Catholicam, non ſolùm doctrinā hanc D. Ioannis recipere ac magnifacere: ſed etiam veram eius intelligentiam (ſicut aliarum ſcripturarum omniū) iure optimo ſibi ſoli vendicare: ipſa enim ſola eſt, quæ à Spiritu ſancto regitur ac dirigitur, qui ei *ſuggerit omnia*, iuxta fideliſſima Chriſti IESV promiſſa. Quinimò id aſſerit inſuper, quòd ſi hanc ſcripturam, vt par eſt, hæretici conſideraſſent, & intellexiſſent, in tam fœdos, ac non verbo Dei tantùm, ſed etiam ipſi rationi contrarios errores nunquam incidiſſent.

3. A confuſione hæreticorum.

4. A veritate quæ in ſola Eccleſia inuenitur.

Ioan: 14. 26.

5. Ab euentu.

Quæro enim ab illis, an hæc probatio ſpirituum omnibus competat Chriſtianis, an verò ad quoſdam tantùm pertineat? Si enim hæc à Ioanne quibuſdam tantùm dicta autumant, cur ea populo inculcant? Si omnibus, profectò nil aliud, quàm ſchiſmata & hæreſes generant. Quilibet enim accommodatè ad eam, quàm ex ſuo cerebro ſibi confinxit opinionem, probabit ſpiritus, & ſi quidem cum ea conuenient, diuinos, ſin minùs, reprobos, iudicabit. Et verò ita ſe rem apud hæreticos habere palàm eſt. Abſit, inquiunt: quamùis enim vniuerſis hæc conueniant Chriſtianis, cùm ad omnes ſcripſerit Ioannes, omneſque curam ſuæ ſalutis gerere debeant, quæ ſine

QVÆSTIO. Quis probabit ſpiritus.

NOTA: tum Dilemma, tum morem hæreticorum: qui reſpondent ab omnibus probandos ſpiritus. ſed ſecundùm ſcripturam.

hac probatione haberi nequit; tamen non cuiusuis iudicium, sed sola scriptura probandorum spirituum norma erit. Ideò ipse Christus Dominus monet nos dicens: *Scrutamini scripturam.* Quare, qui spiritus cum scriptura conuenit, diuinus est, qui verò dissentit, pseudopropheticus erit.

Io. 5. 39.

Refutatur validè.

Quot in paucis verbis ineptiæ, contrarietates, absurda, mendacia, vesaniæ? Quid enim ineptiùs, quàm imperitam plebem rerũ difficillimarum iudicem constituere. Quomodo verò hęc dicta sibi constant? Nunquid omnes Christiani scripturas norunt? nosse illos asserent? At hoc mendacio sub sole nullum potest esse impudentiùs? Negabunt fortè? Sed si ita est, qua, quæso, ratione idiota iudicabit, an doctrina mea cũ scriptura conueniat, qui, quid scriptura dicat, penitùs ignorat? Quantæ absurditates? nec minor sanè vesania, vnde Babylonica prouenit confusio. Hisce etenim principijs freti Anabaptistę, Trideitæ, Adamitæ, Gentilistæ, Libertini, & omnes quęcunq; sunt, fuerunt, excogitariúe possunt veræ fidei pestes, tàm pertinaciter suos spurios defendunt spiritus, asserentes eos cũ scriptura conuenire, vt nec Lutherani, nec Caluiniani, vnquam illos conuincere potuerint. Qui enim conuincerent furiosos, quibus contra se arma dederunt?

1. Quia inepta responsio.
2. Quia absurda.
3. Quia sibi non constat.
4. Quia vesana.

Quid verò dicam de illo celebri mendacio, quo se spiritus verbo Dei probare asserunt?

5. Quia mendax.

runt? Certè si id facerent, facilè animaduerterent spiritum Caluinisticum, non esse spiritum Dei, qui in verbis illis filij Dei, *Hoc est corpus meum*, ne vnum quidem iota sanum reliquit, vt aliâs demonstrauimus; idemque in aliis hęreticis perspicerent, tum in particulari, ex innumeris penè scripturæ sacræ locis quæ corruperunt, tum vniuersim è signo quod D. Ioannes verbis prolatis adnotat, dicens: *Omnis spiritus, qui soluit IESVM, ex Deo non est.* Soluere IESVM, est negare aliquid, quod habet IESVS. Quis verò tàm antiquorum, quàm recentium hæreticorum, id non facit? Alij eum diuinitate, humanitate alij expoliant, alij animam, voluntatem alij, alij incarnationem, alij IESVM ex virgine natum, pernegant. Hæc penè omnia Anabaptistæ tollunt, schismatici verò negant Spiritum sanctum ab eo procedere, Caluinistæ detrahunt illi omnipotentiam, cùm illum pluribus in locis posse esse inficiantur. Iidem & reliqui omnes negant perpetuum Christi Domini in Ecclesia sacerdotium, secundùm ordinem Melchisedech; negant immaculatam sponsam illius, quæ errare in fide non possit; negant viua membra eius mystica, imputatiuam enim quandam & non veram introducunt iustitiam, negant quoque vim & virtutem iustificantem tum sacramentis, tum bonis operibus piorum tributam, quæ omnia nos ex merito sanguinis Christi profluere asserimus;

Matth. 26. 26.

Dominica 6. post Epiphan Conc. 2.

1. Ioan: 4. 6.

Quia IESVM soluunt omnes hæretici.

NOTA.

ſerimus; demum omnem extrinſecum ordinem & ornatum ſponſæ eius, aliaq; innumera, quæ in Christo membriſq; eius reperiuntur ſoluunt, ac ſuum virus peſtiferum, malo afflati ſpiritu in eum euomunt.

7. Quia peruerſi, Nam ſcrutare ſcripturas iubẽt plebem. Ioã. 5. 39.

Denique ſpiculum illud, quod ex dicto Christi Domini, *Scrutamini ſcripturas*, in nos detorquent, videte, quæſo, quàm pulchrè recidet in caput ipſorum, verba enim illa nõ plebi, ſed principibus ſacerdotum, Scribis, & Phariſæis, quibus ſcriptura concredita erat dicta eſſe patet, tum ex conſuetudine Christi Domini, qui nunquam talia plebi dicere ſolitus erat, ſed è contra obedientes illos prælatis ſuis eſſe iubebat; tum ex ratione ipſa. Quomodo enim promiſcuam multitudinem iuberet ſcrutari ſcripturas, cùm pleroſque ex ea ne legere quidem noſſe ſciret? tum verò ex tota illa hiſtoria. Ibi enim inprimis dé eo qui ſanatus fuit ad probaticam piſcinam, quique huic ſermoni anſam dedit, hæc verba habemus. *Abijt ille homo, & nunciauit Iudæis, quia* IESVS *eſſet qui fecit eum ſanum.* Ad quos abijt? non vtiq; ad plebem in cuius medio erat: ad Principes ergo Iudæorum, Scribas & Phariſæos iuerat. Sed clariùs id perſpicere licet ex illis Euangeliſtæ verbis: *Propterea perſequebantur Iudæi* IESVM. Nunquid plebs perſequebatur Chriſtum, quæ ex ore, & operibus Chriſti tota pendebat? Clariſſimè verò omnium ex eo, quod ſubiungitur:

Contra Christi conſuetudinem.

Contra rationem. Mat. 23. 3.

Contra ſcripturam.

1. Ioã. 5. 15.

2. Ver. 18.

tur: *Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi in-* 3.
terficere, quia non solùm soluebat Sabbathum, sed & patrem suum, dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Tota pasſionis Chriſti hiſtoria clamat, Principes Sacerdotum, Scribas & Phariſęos, id procuraſſe; hancque præcipuam necis Chri ſto inferendæ cauſam Pilato dediſſe: *Nos,* in- Io:19.7.
quiunt, *legem habemus, & ſecundùm legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit.* Nihil igitur poteſt eſſe magis euidens, quàm verba hæc *ſcrutamini ſcripturas*, non plebi, ſed illis quibus ſcripturæ tractatio commiſſa fuit, à Chriſto Domino dicta eſſe, quamobrem ſi id Pontifices, Scribæ, & Phariſæi diligenter & humiliter feciſſent, facilè ad agnitionẽ Meſsię deueniſſent

Vnde duo, triaúe habemus: primùm aſtutè, veteratoriè, & adulatoriè à Miniſtris plebi tribui, tum ſcripturarum ſcrutationem, tum ſpirituum per ſcripturam diiudicationẽ, vt hac ratione miſeram plebeculam in ſuperbiam elatam in naſſam errorum conijcere queant. Secundum apud illos verè eſſe ſynagogam Sathanæ; vbi artes Sathanæ vigent, mendacium, aſtutia, adulatio, inconſtantia, & his quæ vidimus ſimilia. Tertium liquidò conſtare apud nos verè eſſe veram Chriſti in terris ſponſam, & congregationem, vbi fideliter aſſeruatur, quicquid ab ipſo mundi exordio in Eccleſia Dei obſeruatum fuit.

Hinc demõ ſtratur, 1. Aſtutia Miniſtrorũ. 2. Synagoga Sathanæ. 3. Chriſti vera Eccleſia.

Quæcunque enim vnquam diuinæ extiterunt litteræ, earum tractandarum explican-

NOTA. Certos ſemper fuiſſe interpretes, nõ plebem.

darumque ratio, non ad plebem, sed ad illos, quos Deus populo suo in rebus spiritualibus præficiebat, pertinebat semper. Patet id ex primo, quem habemus sacrarum literarum scriptore Mose, qui in controuersijs, ambiguis, & difficillimis, (quæ verò difficiliores, & periculosiores esse possunt, ijs, quæ ad fidem, & salutem nostram pertinent?) recurrere iubet *ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore*, cuius arbitrio qui stare noluerit, *ei ex decreto iudicis* præcipit moriendũ. Ibidemque sunt verba illa, quæ notate, quæso, *quæresq; ab eis*, (nempè sacerdotibus) *qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quod cunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, nec declinabis ad dextram, neque ad sinistram.* Quæ verba (vt cætera omnia) insulsè contra Ecclesiam torquent hæretici. Non enim præcipit hîc Moyses, vt is qui iudicatur, iudicet, an decretum sacerdotum contra ipsum latum, sit iuxta legem Domini (quod contra scripturã, & omnem rationem volunt sectarij) sed è contrario iubet strictissimè, decreto illorum stare, atq; ita, ei obedire, vt si id facere recusauerit, occidatur. Quid? iubetné Deus innocentem, & contra præscriptum legis suæ damnatum neci dare? Absit. Quid ergo vult Deus? Vult nos instruere se ijs, de quibus hîc sermo est, iudicibus, tale priuilegium dedisse, ne siue in decretis suis, quæ ad vitam

1. Patet id ex Mose.

Deu. 17. 8.

Reuincuntur hæretici ex propriis.

rectè instituendam pertinent errare, malumque bonum vocare, siue in doctrina quicquã, quod non esset *iuxta legem eius*, decernere possint. Ideò de iis loquens asseueranter inquit, *qui indicabunt tibi iudicij veritatem*. Deus affirmat eos indicaturos nobis veritatem, quis Deo non credet, nisi infidelis? Idem præcipit ne declinemus ad dextram, neq; ad sinistram ab ijs, quæ nos illi docuerint, quis præcepto non obediet Dei, nisi rebellis Deo? Deniq; Deus ait, sacerdotes docturos *iuxta legem eius*, quis iis neglectis, quibus id in manus tradidit Deus sibi legis interpretationem vsurpabit, nisi grauiter impudens homo? Tales profectò sunt hæretici.

Idipsum postea inculcat diuina bonitas, per alios Prophetas, & sapientes, per vnum quidem: *Labia*, inquit, *sacerdotis custodiant scientiam, & legem requirant ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est.* Quid dici potuit euidentiùs? Sacerdoti adscribit scientiam, non plebi, ex ore sacerdotis legem requirere, non scripturam scrutari præcipit plebi, sacerdotẽ denique, angelum, id est, nuncium suum esse, ait Dominus omnipotens: nos verò eo neglecto nostrum sequemur caput, non timentes, ne dicatur nobis: O caput sine cerebro? Per alterum verò ait: *Interroga sacerdotes legem.* necnon per sapientem. *Verba*, inquit, *sapientum sunt stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt à pastore vno.*

2. Ex Malachia. *Mal: 2. 7*

Ex Agge. *Agg: 2. 12.*

4. Ex Salomone. *Eccl: 12. 11.*

His amplius, fili mi, ne requiras. Requiras, inquit, hæreticus, an dicta magistrorum, & pastorum cum scriptura conueniant. Quid magis scripturæ contrarium? hæc sciens & exequens pius Rex Iosaphat: *Ananias*, inquit,

5. Ex Rege Iosaphat. 2.Para.19 *sacerdos & Pontifex vester, in his quæ ad Deum pertinent præsidebit.*

10. Hæc omnia nos, qui verè Christiani nominamur, & sumus, osculamur, credimus, seruamus: tantò exactiùs, quantò clariùs, nouimus nobis eorum obseruantiam à Christo & Apostolis demandatã esse. *Qui vos audit, me audit*, inquit Christus de Apostolis, & successoribus eorum. Idem sub graui commi-

6. Ex præcepto Christi. Luc.10.16.

7. Ex comminatione eiusdem. Matth.18.17.

natione præcipit vt obediamus Ecclesiæ. Hæc igitur ego audiens, quæro, & perquiro eũ, per quẽ mihi loquatur ecclesia, & inuenio, & obedio: præsertim cùm insuper Apostolum clamantem audiam: *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis.* Nec verò dictamen, ductumq; intellectus mei sequor, quem falli & errare posse non ambigo, sed vt in aliis, ita in interpretatione scripturæ: & in probatione spirituum, qui ex Deo sunt, eorum iudicio libens acquiesco, qui à Deo dati & constituti sunt, ne intellectus meus, & in his, & in aliis quæ ad fidem veram, & bonos mores spectant, errare posit vnquam.

8. Ex dicto Apostolico. Heb.13.17.

II. PARS. Datur regulam omnibus ad pro-

Itaq; prima, & præcipua, & infallibilis spirituum probandorũ ratio ad sacerdotes pertinet: Est tamen meo quidem iudicio (meli-

óri, inprimis verò fide Catholica in omnibus bandos spiritus neces-
salua) probandorum illorum spirituum, qui sariam, quæ
nobis Euangelium annunciare volunt, certa est missio.
quadam norma & regula, quę ad omnes Chri
stianos spectat, non illa quidem, quam hære-
tici ereptam Pontificibus & pastoribus, qui-
bus à Christo Domino data fuit, plebi in
manus tradiderunt; sed alia, quam Deus in Probatur id
veteri testamento per Prophetas, & in nouo, ex scriptura.
per filium suum, eiusque Apostolos omnibus
inculcare videtur. Ea verò est, vt vno verbo
dicam, MISSIO. Huius dignoscendæ mo- 1.
dos dat Moses, vel Deus potiùs per Mosem *Deut:13.1.*
vniuerso populo, in Deuteronomio. Hac *& 18. 21.*
qui caruerunt, acriter reprehenduntur à Deo 2.
dicente: *Non mittebam Prophetas, & ipsi curre-* *Ier:23. 21.*
bant. De hac ipse filius Dei: *Ecce ego MITTO* *Matth:23.*
ad vos prophetas, & sapientes, & scribas. De il- *34,* 3.
lis verò, qui se ingerunt, vèl ingeruntur, in- 4.
quit, *Omnes quotquot VENERVNT fures sunt,* *Ioa:10. 8.*
& latrones. Et alibi monet: *Attendite*, id est, ca- *Matt:7. 15*
uete vobis diligenter, *à falsis prophetis, qui VE-*
NIVNT ad vos. Quos & notat D. Ioan: in
loco ab hæreticis, contra nos producto illis
verbis: *Exierunt in mundum.* Exeunt enim, *1. Io:4. 1.*
non mittuntur. Ecce vobis dignoscendorum 5.
talium spirituum rectam regulam. Qui enim REGVLA.
exeunt falsi prophetæ sunt, qui verò MIT- *Matt.7.15.*
TVNTVR, veri. E quorum numero erant Exemplum
hi ad quos Christus in Euangelio: VENI- ex Euange-
TE POST ME, ET FACIAM VOS FIE- lio.

RI PISCATORES HOMINVM. Petrus videlicet, & cuius hodie memoriam agimus, Andreas.

Duo omnibus ſcitu neceſſaria nempè,

Quamuis ergo hæc quoq; cura, & diſcernendi bonos à malis piſcatoribus ſolicitudo, ad paſtores, patremque paſtorum præcipuè pertineat: dari tamen poſſunt aliquæ vniuerſim regulæ pro omnibus, tum ad dignoſcendum qui à Deo fuerint miſsi, quiue vltrò venerint: tum ad agnoſcendum, qui ex verè miſsis, in lupos ſe transformarunt. Hæc verò duo omnibus nobis ſunt ſcitu neceſſaria ad probandos ſpiritus, ſi ex Deo ſunt, ne in re omnium grauiſsima perniciosè erremus. Porrò ad planè cognoſcendum, qui nam ſint à Deo miſsi. Sciendum eſt, quot nam ſint eorum, qui mittuntur, genera. Duo vniuerſim notaſſe videtur ipſe Chriſtus Dominus illis verbis interrogans Phariſæos: *Baptiſmus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus? Reſpondete mihi?* Poſterior miſsio mala eſt: Ideò Iudæi non audent eam Ioan: Baptiſtæ impingere, prior bona. Quam ſubdiuidens D. Paulus tria ponit genera, ſic loquens in principio epiſtolæ ſuæ ad Galatas: *Paulus Apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum patrem.* Vbi (vti etiam aliâs docuimus) triplicem miſsionem graphicè deſcripſiſſe mihi videtur. Primam peruerſam, quæ fit *ab hominibus*, non à Deo, qui verò eiuſmodi ſunt, ij non mitti, ſed venire dicuntur Secunda

Tum qui verè miſsi.

Tum qui lupi ſint.

Miſsio duplex Chriſto *Mar. 11. 29*

Paulo triplex. *Gal. 1. 1.*

cunda est, quæ fit à Deo quidem, sed *per hominem*, ab eo, ad id faciendum destinatum: quę missio & bona est, & ordinaria in Ecclesia. Tertia verò optima, *per Iesum Christum, & Deum* ipsum, sine vllo medio, quæ dicitur missio extraordinaria. De quatribus concionibus in Aduentu egimus, & demonstrauimus ex vniuersa scriptura, eos qui hoc tertio modo à Deo mittuntur, tria (quibus tanquam vestibus eximiis hos legatos suos Deus ornat) habere oportere, nempè MIRACVLA, CONSTANTIAM, & vitæ SANCTIMONIAM. Vnde etiam euidenter euicimus antesignanos hęreticorum pseudoprophetas fuisse per quam manifestos, quippè qui non solùm omnibus istis caruerunt: verumetiam contraria planè habuerunt, videlicet pro miraculis imposturas; pro constantia supremâ in rebus fidei varietatem; pro sanctimonia, virginum sanctè Deo dicatarum, violationem, & extremam impietatem. Hæc qui volet in illis concionibus legere poterit.

Dominicis tribus postremis Conc: 2. De extraordinaria, alias actum.

Tria signa eius.

Nunc verò duæ priores missiones hoc sermone sunt nobis persequendæ. Ministri etenim Sathanæ posteaquam animaduertissent, primam illam imposturam, qua se à Deo immediatè missos iactitabant, vel ex eo notam factam esse omnibus, quod miracula facere nulla possent: aliam excogitarunt: asserentes se per homines à Deo missos esse. proinde ad miracula minimè teneri: quorũ po-

De duabus nunc agendum.

Ars Ministrorum.

ſtremum verum eſſet, ſi primum falſum non eſſet. Verum quidem eſt, qui per homines mittuntur, eos ad miracula patranda non teneri. At falſiſsimum tales eſſe hæreticorum miniſtros; Non enim *per homines*, ſed *ab hominibus* (vt in verbis Apoſtoli perſiſtamus) ideóque non à Deo miſsi, ſed à cacodæmone intruſi ſunt miniſtri. Probari id, quod à nobis dicitur volunt? Equidem euidenter faciemus, ſi priùs tamen declarauerimus, quid hac in parte veritas habeat.

Eos qui per homines mittuntur non teneri quidem ad miracula.

Sed obligari tamen.

1. Oſtendere maiores eorum miracula patraſſe.

Principio itaq; concedimus eos, qui à Deo *per homines* mittuntur, ad facienda miracula minimè obſtrictos eſſe: obſtringi tamen ad aliquid aliud, nempè, vt oſtendant miſsionem ſuā *per homines* legittimam eſſe; legittima autem erit, ſi & legittimè fiat, & per quandā ſpiritualem genealogiam, ad eos vſq; protendatur, qui immediatè à Deo miſsi doctrinam & miſsionem ſuam miraculis comprobarunt. Quapropter neq; ſeptem diaconi ab Apoſtolis; neque Timotheus & Titus à D. Paulo, neq; alij à diſcipulis Domini, eorumque ſucceſſoribus miſsi, & ordinati, mircaula edere teneantur, (quamuis in primitiua Eccleſia plerique eorum ſignis & prodigijs ſatis illuſtres extiterint) neque nos ad ea patranda iure aliquo adſtringimur: quia maiores noſtri, qui, & illos, & nos, accepta à Chriſto Domino poteſtate per manus impoſitionē miſerunt, hanc doctrinam viuis, veriſque miraculis,

Act: 6.
1. Tim: 1 6.
Tit: 1. 6.

raculis, iam pridem confirmarunt. Omnes enim nostrum, aut in ipsa vrbe Roma, (quod mihi per gratiam diuinam contigit) aut ab ijs, qui inde potestatem acceperunt, sacerdotes ordinati, atq; ad prædicandum verbum Dei, missi sumus. Romæ autem, quàm multi fuerint Pontifices, vnà cum D. Petro & D. Paulo Apostolis, infinitorum patratores miraculorum, nemo est qui ignoret, nisi qui volens malitiosè *ignorat*, ideóque à Deo *ignorabitur*. 1. *Cor*: 4. 38. Quinimò, quæ Christi est bonitas, vix aliquod dederis Regnum, in quo in Antistitum numero non reperiantur aliqui prodigijs clari, prout hîc in Polonia quidem Maiori S. Adalbertum Archiepiscopum, in Minori verò S. Stanislaum Episcopum fuisse nouimus.

Nec verò sufficit, vt quis asserat se eorum esse successorem, qui miracula fecêre; requiritur etenim præterea, vt ex modo, quo hanc successionem adeptus fuerit ostendat, verum se esse eorum hæredem. Quem quidem modum, quia (acturi cum hæreticis) paulò pòst è scriptura ipsa explicabimus; nunc cepta prosequamur; & de altera quasi veste, qua Deus immediatè à se missos ornare consueuit, aliquid dicamus. 2. Declarare legitimam suam missionem.

Ea verò est CONSTANTIA: tàm necessaria, vt in nulla missione, siue illa à Deo ipso immediatè, siue mediantibus hominibus fiat, aut vacillare, aut deesse debeat vnquam. Semper enim, qui à Deo mittuntur, in rebus, 3. Ad Constantiam.

Vide Cõe 2. Dom. 3. Aduentus. quæ ad fidei spectant veritates, tam cum illis, qui eos antecesserunt conuenire, quàm sibiipsis constare debent. Nisi enim id faciant, certò nobis liquet illos quidem, qui se immediatè à Deo missos iactant, non missos, sed intrusos; ac impostores esse: eos verò, qui *per homines* se vere missos probant, in lupos conuersos, & ex eorum esse numero, de quibus Apostolu: *Et scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se.*

NOTA. Regulam discernendi & intrusos, & lupos.

Act. 20. 29

4. Ad sanctitatem suo modo.

Quid verò de SANCTIMONIA VITÆ, quæ tertia quasi vestis est eorum, qui immediatè à Deo mittuntur, dicemus? Id vrzet. Eam quidem in singulis personis, quæ mittuntur, non ita requiri, vt qui illa careat, (dummodo priores duas habeat) audiendus non sit: procuranda illa tamen est omnibus, tanquam decentissima, pulcherrima, & ad lucrandas Christo Domino animas valdè accommodata. Dicimus præterea vitæ sanctitatem in Ecclesia Christi IESV semper reperiri, in certis quidem personis modo excellentissimo, omnibusque qui cum eis conuersantur conspicuo; in aliis verò iustis ita, vt animã illorum sit verè sancta, immaculata, & pulchra in cõspectu Dei & Angelorum eius. En missionis veræ, vera indicia.

III. PARS Demonstrat

Declaremus iam in Christi nomine, plerosq; ministrorum hæreticorum (& hoc tempore

pore

pore penè oſtendens) non eſſe miſſos à Deo *per homines*, ſed *ab hominibus* intruſos, ideò veros eſſe pſeudoprophetas: alios verò paucos, qui olim in Catholica Eccleſia legittimam obtinuerant miſsionem, in *lupos rapaces* conuerſos; ac proinde neutros audiendos, ſed fugiendos, profligandos, & exterminandos eſſe.

apud hęreticos nec veram miſsionem, nec ſpiritū ex Deo eſſe.

Gal: 1. 1. *Act. 20. 30*

Et primum quidem offert nobis argumentum, primo loco iactum fundamentum. Miniſtri enim ordinationem & genealogiā miſſionis ſuæ, non ad eos, qui à Deo immediatè miſsi miracula patrarunt, ſed ad illos referunt, qui aut ſunt perſonæ purè ſeculares, aut apoſtatantes à fide Catholica deſciuerunt: & in lupos rapaces, teſte Apoſtolo, conuerſi ſunt. Lupus autem quid aliud, quàm lupum generabit?

PRIMA Demonſtratio ex primo fundamento.

Secundò idipſum multò etiam clariùs, conſtat ex perſonis quæ illos mittunt, quæ nullam ad id poteſtatem habent, peto enim, qui nam ſint iſti homines, per quos Deus illos miſit? Et reſpondent plerunque, eſſe vel cœtum vniuerſum fidelium, (infidelium meliùs dixiſſes) vel magiſtratus, aut ſeniores illorum, qui quidem per manuum impoſitionem Miniſtros ſibi conſtituunt. Rectè ſanè pro nobis, contra impoſtores. Vbi enim, quæſo, talem mittendorum à Deo per homines rationem, in tota ſcriptura legerunt? Ego certè contrarium vbique lego, nempè ab ipſo mundi exordio, in Eccleſiā Dei, in con-

SECVNDA demonſtratio ex illegitima miniſtrorum miſſione, quæ fit à populo vel à Magiſtratu.

Contra vniuerſam ſcripturam.

gregatione fidelium, nunquam sibi pop: constituisse, qui animas eorum regeret, sed eiusmodi semper partim à Deo immediatè missos fuisse, partim *per homines*, quos ipse Deus, nō populus designabat. Patet id exemplis ex vniuersa scriptura depromptis, per triplicē à Deo datam legem: legem, inquam, naturalem, Mosis, & gratiæ. Et in lege quidem naturæ Deo ordinante, primogeniti, & capita familiarum, sacerdotio fungebantur, erantq; populo in ijs, quæ sunt ad Deum; Nisi fortè id priuilegij, volente eodem Deo, è primogenito ad alium transferretur, vt ab Esau translatum esse ad Iacob, testatur scriptura; quæ etiam insinuat in Cain improbo, respectu Seth idem factum esse. Seth itaq; fuit missus à Deo, ad regendas animas, cui successit primogenitus ipsius, *Enos, qui*, vt ait scriptura, *cœpit inuocare nomen Domini*, id est, cœpit augere cultum diuinum, post Enos fuit *Cainan Malalael* vsq; ad *Henoch, qui ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit illum Deus. Henoch* verò pronepos, primogenitus verò *Lamechi*, *Nóè* fuit, qui qualis vir, qualisúe voluntatis diuinæ denuntiatur fuerit, non est quod recenseamus. Sequitur diluuium, quo cessante habemus Sem, Heber, Abraham, Isaac, Loth, Iob quoq; & alios; quorum plerosq; altaria Deo extruxisse, victimas immolasse, filios ac pop: sibi subiectos legem Dei docuisse, legimus, idemq; de alijs primogenitis, sentimus, quicunq; ad Moysen vixerunt.

Contra legē naturæ vbi primogeniti erant Sacerdotes.

(Excipiuntur Cain & Esau.)

Gen: 27. 33
Mal: 1. 2.
Rom: 9. 13.
Gen: 5. 3.
Gen: 4. 26.
Gen: 5. 24.
Gen: 5. 29.
Gen: 12. 7.
Gen: 13. 19

Moysen autem, cùm Deus alterius legis (quæ vetus seu scripta nuncupatur) quasi sundatorem constituisset, aliam legatorum suorum rationem statuit & ordinauit. Sacerdotium etenim à primogenitis, ad Leuitas; summum verò Pontificatum ad Aaron & hæredes ipsius transtulit. Sic enim Deus ad Mosen: *Ego tuli Leuitas à filiis Israel, pro omni primogenito eruntq; Leuitæ mei.* Idemque Deus per Moysen immediatè à se missum, & miraculorum patratorem maximum, Aaronem cum filijs eius consecrat. aliosque Leuitas mittit, eisque munia Ecclesiastica distribuit; quod postea per successores illorum, non plebe volente, sed Deo præcipiente semper obseruatum fuit, vsque ad aduentum Christi IESV.

Contra legem Moysi vbi Leuitæ id muneris gerebant.

Num:3.12. Ex:40.12.

Qui quidem Saluator noster, cùm esset nouus nouæ legis fundator ipseq; Deus, eodem planè tramite præcessit; & primum quidem per se, duodecim Apostolos, postea verò septuaginta duos discipulos elegit, quibus & potestatem dedit, alios nomine suo mittendi, quod & fecerunt, faciuntque, & facturi sunt in eius Ecclesia vsque ad consumationem sæculi. Exempla iam attulimus ex Apostolo, per quem Deus Timotheum & Titum misit, eosq; rectores animarum constituit; nec non & illos, quos sic alloquitur Paulus: *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus* (non populos) *posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Nec Apostolos so-

Contra legẽ Christi, vbi per manus sacerdotum fit missio.

Matt:10.5. Luc: 10.1.

Act:20.28

gregatione fidelium, nunquam sibi pop: constituisse, qui animas eorum regeret, sed eiusmodi semper partim à Deo immediatè missos fuisse, partim *per homines*, quos ipse Deus, nō populus designabat. Patet id exemplis ex vniuersa scriptura depromptis, per triplicē à Deo datam legem : legem, inquam, naturalem, Mosis, & gratiæ. Et in lege quidem naturæ Deo ordinante, primogeniti, & capita familiarum, sacerdotio fungebantur, erantq; populo in ijs, quæ sunt ad Deum; Nisi fortè id priuilegij, volente eodem Deo, è primogenito ad alium transferretur, vt ab Esau translatum esse ad Iacob, testatur scriptura; quæ etiam insinuat in Cain improbo, respectu Seth idem factum esse. Seth itaq; fuit missus à Deo, ad regendas animas, cui successit primogenitus ipsius, *Enos, qui*, vt ait scriptura, *cœpit inuocare nomen Domini*, id est, cœpit augere cultum diuinum, post Enos fuit *Cainan Malalel* vsq; ad *Henoch, qui ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit illum Deus. Henoch* verò pronepos, primogenitus verò *Lamechi*, *Nóè* fuit, qui qualis vir, qualisúe voluntatis diuinæ denuntiatur fuerit, non est quod recenseamus. Sequitur diluuium, quo cessante habemus Sem, Heber, Abraham, Isaac, Loth, Iob quoq; & alios; quorum plerosq; altaria Deo extruxisse, victimas immolasse, filios ac pop: sibi subiectos legem Dei docuisse, legimus, idem q; de alijs primogenitis, sentimus, quicunq; ad Moysen vixerunt.

Contra legē naturæ vbi primogeniti erant Sacerdotes.

(Excipiuntur Cain & Esau.)

Gen: 27. 33
Mal: 1. 2.
Rom: 9. 13.
Gen: 5. 3.
Gen: 4. 26.
Gen: 5. 24.
Gen: 5. 29.
Gen: 12. 7.
Gen: 18. 19

Moyſen autem, cùm Deus alterius legis (quæ vetus ſeu ſcripta nuncupatur) quaſi fundatorem conſtituiſſet, aliam legatorum ſuorum rationem ſtatuit & ordinauit. Sacerdotium etenim à primogenitis, ad Leuitas; ſummum verò Pontificatum ad Aaron & hæredes ipſius tranſtulit. Sic enim Deus ad Moſen: *Ego tuli Leuitas à filiis Iſrael, pro omni primogenito eruntq; Leuitæ mei.* Idemque Deus per Moyſen immediatè à ſe miſſum, & miraculorum patratorem maximum, Aaronem cum filijs eius conſecrat, aliosque Leuitas mittit, eisque munia Eccleſiaſtica diſtribuit; quod poſtea per ſucceſſores illorum, non plebe volente, ſed Deo præcipiente ſemper obſeruatum fuit, vſque ad aduentum Chriſti IESV. Contra legem Moyſi vbi Leuitæ id muneris gerebant. *Num:3.12. Ex:40.12.*

Qui quidem Saluator noſter, cùm eſſet nouus nouæ legis fundator ipſeq; Deus, eodem planè tramite præceſsit; & primum quidem per ſe, duodecim Apoſtolos, poſtea verò ſeptuaginta duos diſcipulos elegit, quibus & poteſtatem dedit, alios nomine ſuo mittendi, quod & fecerunt, faciuntque, & facturi ſunt in eius Eccleſia vſque ad conſumationem ſæculi. Exempla iam attulimus ex Apoſtolo, per quem Deus Timotheum & Titum miſit, eoſq; rectores animarum conſtituit; nec non & illos, quos ſic alloquitur Paulus: *Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus* (non populos) *poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* Nec Apoſtolos ſolùm Contra legē Chriſti, vbi per manus ſacerdotum fit miſsio. *Matt:10.5. Luc: 10.1. Act:20.28*

lùm; ſed etiam ſucceſſores eorum Epiſcopos, alios mittendi poteſtatem habere, euidentiſsimum eſt ex eodẽ Apoſtolo. ſic Epiſcopo

Tit: 1. 5. Tito ſcribenti: *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi* Quid opus fuit Titum Cretæ relinquere, ſi pop: Cretenſis ordinandi presbyteros habuit poteſtatem? O Euangelici, non Euangelio tantùm, ſed toti ſcripturæ contrarij. Vtinam vos ſaltem, qui ab illis ſeducti eſtis, tàm claros vniuerſa ſcriptura teſte; deceptores agnoſcere, ac repudiare velitis; præſertim, cùm & alia non minùs valida, ſuppetant huius rei argumenta.

TERTIA Domonſtratio ex ſimili Idolorum & hæreticorũ miniſtrorũ miſſion:. *2. Cor. 11. 15.*

Tertiò, itaque ex alio habemus capite, Miniſtros hæreticorum eſſe *Miniſtros Sathanæ,* (vt eos Apoſtolus vocat) Diabolus enim eo, quem ipſi obſeruant modo, ſubmittebat idololatris miniſtros ſuos. Duo ex ſcriptura huius rei eximia accipite exempla. Alterum de

NOTA. Exempla ſcripturæ. 1. Michę. *Iud: 17. 1.*

Micha, qui *fuit vir quidam de monte Ephraim,* homo ſecularis, hic in idololatriam prolapſus, fecit *ædiculam, ephod, & theraphim id eſt, veſtem ſacerdotalem; & idola, impleuitq́, vnius, filiorum ſuorum manum, & factus eſt ei ſacerdos.*

2. Ieroboam *3. Reg: 13. 33.*

Alterum de Ieroboam, primo Rege Iſraelis Idololatra, de quo ſic ſcriptura: *Poſt verba hæc non eſt reuerſus Ieroboam, de via ſua peſſima, ſed contrariò fecit de nouiſsimis populi ſacerdotes excelſorum: quicunque volebat implebat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum*

Idem creandi Ministros, mos & consuetudo, nunc quoque apud hereticos viget. Similitudo quadruplex.
1. vtrobique enim siue tractandi, siue annunciandi diuina, dant facultatem personæ seculares, quę nunquam talem à Deo potestatem acceperunt; sed benè à Diabolo. 2. Vtriq; non reuertuntur, *de via sua pessima, sic è contrariò*, id est, modo diuino missioni planè contrario. Aedificant sibi synagogas, creant sibi ministros, formant sibi idola, qualia placent, & antiqui quidem faciebant sibi aurea, lignea, lapidea; nostri verò heretici formant sibimet mentalia. omnis enim hereticus, idolū mentis suę adorat. 3. Vtrobique *de nouissimis populi* fiunt ministri. Quis enim ex hereticis, siue princeps, siue persona aliqua illustris, nobilis, in dignitate posita, opibusq; fulgens (prout talium apud Catholicos plena sunt Cœnobia) relictis omnibus ad ministri & prędicantis officium se contulit? Nemo equidem, prę-ter eos qui olim castimoniam professi, propter incontinentiā, & fidem rectam deseruerunt, & vota Deo data fregerunt. 4. Ad extremū vtrobiq; opus missionis manibus perficitur. Modicę differentię duę causæ. Est tamen hîc modica differentia. Quòd videlicet antiquis quidē ministris diaboli, manus à secularibus implebātur, nouis verò manus ab iisdem imponuntur. 1. Literalis. Simia enim Dei est diabolus, qui *transfigurat se in angelum lucis*: 2. Cor: 11. 15. ideoq; imitatur nunc impositionem manuum, quę fit in Ecclesia. Neque tamen id sine 2. Mystica. myste-

mysterio. Olim enim manus Ministrorum holocaustomatis implebantur, vt haberent quod dęmoni offerrent: nunc verò imponuntur, capitaque eorum manibus quodammodo constringuntur, ne propter eorum ingentes contra Ecclesiam vociferationes, & furiosam vertiginem, qua à falsitatis magistro inficiuntur, capita eorum disiliant; ac discerpantur.

QVARTA demonstratio è modo ordinandi. Sed occurrent hîc heretici, & dicent electionem primorum Diaconorum à populo factam esse, proinde benè se illos imitari. Mira diuina prouidentia, quæ ex venenatis illorum iaculis sæpè mel elicit. Quid verò hinc?

NOTA Retorquetur scriptura in caput hęret. En quartum & ni ego fallor, potentiùs etiam cæteris pro nobis argumentum, quo edocemur planè cōtraria Euangelio semita hęreticos procedere. Et primum quidem si Diaconatus purum est munus seculare, vt volunt Ministri; quid mirum si à secularibus conferebatur? Verùm quia vtrunq; est falsum, veritas indaganda est, ad quam manifestandam plura non desunt exempla.

Diaconi ab Apostolis missi. *Act: 6. 2.* Itaq; fatemur à *multitudine discipulorum* electos esse septem diaconos; at diffitemur multitudinem discipulorum munus diaconatus illis contulisse: siquidem contrarium loquitur scriptura. de diaconis enim istis electis sic habet: *Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus.*

A minori. Si nec diaconos quidem formare poterat pop: ideóq; statuerunt illos

ante

ante Apostolos, vt imponerent eis manus, per quam manuum impositionem acciperent ad id gratiam Spiritus sancti: quantò minùs plebs poterit creare, maiores Ecclesiæ ministros? De hac verò gratia sic Apostolus ad Titum: *Propter quam causam admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Vides Paulum, non populum manus Tito imposuisse? Vides per hanc manuum impositionem Tito gratiam Dei esse datam, quo Episcopatus munere ritè fungeretur? Eiusdem impositionis manuum fit mentio, quando eligente & iubente Spiritu sancto; Paulus & Barnabas consecrati sunt in Episcopos. Quare? Quia ordinis amator Deus, voluit vt Paulus, quem ad Apostolatum & ad prædicandum Euangelium, ipse per se, primo modo, miserat; Episcopatum non nisi secundo modo, id est, *per homines,* susciperet.

Tit: 1. 6.
D. Paulus per homines factus Episcopus.
Act: 13.

Confirmemus idipsum ex doctrina D. Pauli, qui coniungens quasi vtrunq; pariete, nouum, inquam, & vetus testamentum, ait: *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Porrò Aaron ipsené se ingessit; an à populo, aut à quouis alio (isti enim sunt creandorũ ministrorum tres modi) qui ad id faciendum à Deo potestatẽ non accepit vocatus fuit? Minimè gentium, sed ab ipso Deo per Mosen ad honorem sacerdotij vocatus est. Sic enim Deus ad Mosen: *Applica-*

Testimoniũ Apostoli euidens.
Heb: 5. 4.
Tres modi creandi Ministros.
Ex: 40. 12

plicabisq; Aaron, & filios eius ad fores tabernaculi testimonij, & lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi; & vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. Quid dici potuit euidentiùs, scripturam per scripturam interpretando?

Mos Ecclesiæ conformis scripturæ.

Hæc igitur omnia Ecclesia sponsa Christi (quæ, nec decipi potest, nec decipere nouit, cùm habeat rectorem Spiritum sanctum) considerans, eadem qua scriptura progreditur via; & electionem quidem, aliquando multitudini (quod in Actis legimus) nonnunquam principibus & senioribus eius; interdum ipsis Episcopis (quod in Timotheo & Tito factum è scriptura colligimus) sæpè capitulo, & alijs clericis permittit, sed & electos à Deo (quod Paulo & Barnabæ, quod D. Nicolao, quod alijs contigit) læta suscipit; verùmtamen quia nouit ministros etiamsi à centum clericis, à mille principibus, ab infinitis populis eligantur, eos in officio gubernandarum animarum, nihil posse, idcircò electos sistere, siue (vt cum scriptura loquar) *statuere* iubet *ante conspectum* Episcoporū, qui legitimi sunt Apostolorum successores. Scit enim Deum quando *per homines* aliquem mittit non aliter quàm per Episcopos (quibus liberum est electos vel suscipere, vel repudiare) illum mittere consueuisse. Hæc Ecclesia & verbis testatur, & factis.

Act. 6. 6.

Quid verò synagoga Sathanæ? planè contrarium,

trarium. In ea enim Miniſtri & Superintendentes, ſi quem ex ſuis Catechiſtis (quos vocant) aptum ad miniſterium eſſe iudicant, adducunt, vel ad cœtum, & multitudinem in vnum coactam, vel ad Senatum ciuitatis, vel ad alios principes, aut ſeniores ſeculares, qui manus ei imponentes faciunt eum (vt Chriſti Domini phraſi vtar) *filium gehennæ, duplo quàm* ipſi ſunt, & ille antea erat deteriorem, animarumque ſeductorem. Tanta vis eſt huius argumenti, vt cùm Vilnæ aliquot ab hinc annis, vnum è præcipuis miniſtris eo cõſtrinxiſſem, effeciſſe demùm is apud ſuos dicatur, vt mutata mittendorum Miniſtrorum, antiqua & vſitata conſuetudine, quam ab aliquot annorum decadibus obſeruarant, non iam ampliùs populus, aut ſeculares, ſed Miniſtri & Superintendentes manus mittendis imponant. Quid verò hac mutatione agit impietas? prodit magis magisque ſuam perfidiam, quæ in rebus grauiſsimis (qualis profectò eſt miſſio diuina) mutat quadrata rotundis, quæ non videt mutationem eiuſmodi in veram religionem cadere non poſſe: quæ neq; ſic ſuum aſſequitur finem. Vnde enim miniſtri, qui nunc manus imponunt mittendi poteſtatem acceperunt? Nonne à plebe, quæ olim eos inaugurauit? Ita ſané. Res ergo in eandem recidet lacunam. E t ita omni ex parte ſole meridiano lucidiùs conſtat, Miniſtros, pſeudoprophetas eſſe veriſsimos.

Mos hæreticorum è diametro oppoſitus.

Matt. 23. 15.

Vis huius demonſtratur ab euentu.

Triplex Miniſtrorum veſania.
1.
2.
3.

Nec

QVINTA Demonstratio ex constantia. *Domin: 3. Aduent: Conc. 2.*

Nec verò desunt & alia ad idem comprobandum argumenta. Verùm, quia in explicanda MISSIONE copiosiores fuimus, reliqua paucis perstringamus. CONSTANTIA sequitur, de qua & aliâs actum est multis, & paulò antè insinuatum, cuius illa sit & dignitatis, & necessitatis. Quam verò longè exulet ab hæreticis, & iamiam vno exemplo, & antea multis agnouistis. Itaque vnum tantùm addo maxime pro Catholicis, vt ij, si quis ad eos venerit, qui se à Deo *per homines* missum asserat, secundùm regulas datas, & explicatas, illum examinent; & si quidem illegitimè missum compererint, ne audiant quidem, sed vt hostem salutis, & animicidam (vt verbo Lutheri vtar) caueant, fugiant, profligent. Quòd si ritè rectéque se missum probauerit: interrogetur quid de SS. Trinitate, de verbi incarnatione, de reali corporis Christi in sacramento Eucharistiæ præsentia, de merito bonorum operum, in gratia factorum, de indulgentijs, de inuocatione sanctorum, de purgatorio, & de alijs generis eiusdē, sentiat, & doceat: & si quidem quidpiam eorum negauerit, etiamsi veram vocationem habuerit, in furem, latronem, & lupum illum transmutatum esse certò sibi quilibet persuadeat, nec minùs quàm priorem caueat, & explodat. Omnia enim quæ recensuimus per verè à se missos iam pridem docuit nos Deus, *apud quem non est transmutatio, nec vicissitu-*

REGVLÆ superiùs datæ praxis. NOTA.

Luth: lib: 2: cont. Carolost.

Iac: 1. 17.

dinis obumbratio, vt non ſolùm Iacobus Apoſtolus, ſed vniuerſa penitùs diuinarum literarum monumenta atteſtantur.

SANCTIMONIA VITÆ, ſi rem ipſam ſpectes, miſſionis diuinæ firmum non præſefert argumentum; cùm ea & vera in verè miſſis ſæpè deſit, & ficta in falſis prophetis aliquando adſit: ſi tamen doctrinam hæreticorum conſideres, dabit duplex ſignum; Miniſtros eorum nō eſſe à Deo miſſos, tum quòd fictam quandam, & imputatiuam comminiſcantur ſanctitatem, veram autem, quam Deus commendat, explodant: tum quòd aſſerant ſolos bonos in Eccleſia contineri. Cum ergo inter Miniſtros multi ebrioſi, adulteri, inceſtuoſi, (parco nominibus) votifragi, ſacrilegi, omnes itidem mendaces, calumniatores, inobedientes reperiantur, qua fronte iſti à Deo miſsi dicentur, qui iuxta principia illorum ne in Eccleſia quidem erunt? SEXTA Demonſtrátio è ſanctitate,

Sed ecce dum temerariam eorum irruptionem perſequimur, thema ex Euangelio propoſitum nos ad ſe vocat. Hoc enim paucis in verbis quatuor, vel quinque notas eorum, quos Deus mittit, quà porrigit, quà inſinuat. Quorum primum in primo illo notatur verbo, VENITE, de quo (id eſt, de vocatione, ſiue miſsione diuina) & in hac concione non paucis, & in illis tribus in Aduentu multis diſſeruimus. Praxim ecce videtis in hiſce quatuor, quos Chriſtus Dominus per ſe, ad IIII PARS themate demonſtrat, qui veri, qui falſi prophetæ. 1. Veri qui vocantur vt Apoſtoli, falſi contra.

Apoſtolatum in hodierno vocauit Euangelio, in Petro, inquam, in Andrea, Iacobo, & Ioanne; qui omnes & MIRACVLIS erant celebres, & in dictis CONSTANTES, & in animo, omniq; ſua actione SANCTI. Quorum cùm nihil habeant hæreſiarchæ, qui ſe hoc primo modo miſſos à Deo gloriantur: habeant autem omnia illi, qui hac ratione in Eccleſia Catholica mittuntur (vt fundatores religionum, & alij) euidens ſignum eſt, illos quidem falſos, hos verò veros prophetas, & à Deo miſſos eſſe.

9. Veri qui POST, falſi qui ANTE Chriſtum eunt.

Alterum miſsionis diuinæ ſignum notare nobis licet in verbis ſequentibus, POST ME, quibus Chriſtus Dominus inſinuat, ſe velle vt poſt eum, non ante eum eant, qui ab illo & vocantur, & mittuntur: dicam verbo; ſequi nos non præcedere iubet. Præcedebant illi de quibus Apoſtolus: *Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ IESV Chriſti.* Magis enim ſuum, quàm diuinum quærebant honorem, præcedunt & omnes hæreticorum coriphæi. Audi caput illorum Lutherum in prima, quam cum Ecchio habuit diſputatione, dicentem: [Hæc cauſa neque propter Deum cœpta eſt, neque propter Deum finietur.] & è capite metire reliquos, callidiores quidem verbis: at pares factis. Pulchrè & ſæpè D. Auguſtinus demonſtrat. Omnes, qui mortali peccato conſtricti ſunt; non ſequi, ſed præcedere velle Deum: quantò magis hoc ipſum

Phil: 2. 21.

Vide Cochl in Actis Luth: anno 1519.

Quod faciunt tripliciter hæretici.

ipsum in hæresim cadit? quæ & peccatorum est ferè suprema, & suo sibi iure vendicat nemini cedere. nullius iudicio suum submittere: certè quod inauditam in Euangelio creandi Ministros rationem hæretici adinuenerunt, nónne euidens est argumentum illos non sequi, sed anteire velle Christum? Secus fit in Romana eademq; Catholica Ecclesia, vbi non scripta modo, sed & tradita Christi IESV, mandata, scita, consuetudines, cæremoniȩ, & fideliter asseruantur, & diligenter explentur. Quid deinde Christus?

ET FACIAM VOS FIERI. Pollicetur, quod postmodum præstat, & in vltima cœna sacerdotes eos creando, & post suum à morte reditum, potestatem illis faciendo prædicandi Euangeliũ in vniuerso mundo: vt hac ratione pastores ab eo ordinati pascant gregem verbo, & sacramentis: quod Romana quidẽ Ecclesia fidelissimè, infideles verò hæretici infideliter præstant; dum sacramenta, & in numero, & in valore diminuunt; verbũ verò Dei impiè (quod aliâs demonstrabitur) deprauant.

Luc. 22.19.
3. Veri, veta habent sacramenta, & verbũ Dei, falsi vtrunq; falsificant.
Mar. 16.15.

Notandum est autem in dicto Christi verbum illud FACIAM. Dat enim nobis quartum, & excellentissimum eorum, qui à Deo mittuntur indicium: nec aliud, quàm de quo hac côcione maximè disseruimus. Non enim dicit Christus IESVS: populus faciet, vel principes sæculares facient: sed ego FACIAM.

4. Veros FACIT Christus, falsos populus.

Ego vos quidé, ò Apostoli, per memetipsum, alios verò per vos, & successores vestros, tanquam *per homines* à me ad id electos, ministros meos efficiam.

PISCATORES HOMINVM, id verò fit constanter in Ecclesia Catholica, vbi quicunque ordinariè & *per homines*, siue ad mysteria diuina tractanda, siue ad prædicationem verbi mittuntur, nō nisi per impositionem manuum Episcoporum (qui sunt legittimi Apostolorum successores) ordinantur: contrariū fit apud hæreticos, vt vidimus.

5. Veri homines falsi paleas, bestias, & dæmones piscantur.

Libet circa hæc duo verba PISCATORES HOMINVM, & aliud eorum, qui à Christo mittuntur, signum considerare. Soli etenim qui à Christo IESV & sponsa eius mittuntur, verè piscantur homines. Homines, inquam, qui ducem rationem sequentes, humano viuunt more, homines qui finem ad quem conditus est homo, soli assequuntur. Tales homines piscantur PISCATORES Christi, qui in Ecclesia Catholica laborant. Ministri verò hæreticorum prehendunt, nō homines, sed paleas, sed bestias, sed ipsos dęmones. Docet id experientia, docent sancti, docent ipsi hæretici, docet ipsa scriptura. Quid enim sibi vult illud præceptum IESV:

Qui sunt homines.

Probatur id è scriptura.

Matt: 10. 11.

In quamcunque ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis? Nihil certè aliud, nisi vt perquirant de aliquo viro, vel fæmina bonæ famæ:

tales enim cùm adinstar hominis viuant, apti erunt ad recipiendum Euangelium: secus illi qui aut epulis, luxui, & luxuriæ, aut super-biæ, & auaritiæ dediti sunt. Hæc dixerim, non quod negem etiam impios recipere E-uangelium (id enim fit nonnunquam) sed vt duo demonstrem: alterum solos Catholicos dispositos ad pietatem piscari; alterum Mi-nistros hæreticorum eos in primis inuadere, qui aut carni, aut superbiæ sunt dediti. Quis enim hæc non videt? Ego certè qui à pueritia apud illos, & cum illis vixi, si id negarem, es-sem *similis* eis *mendax*. Sed quid opus est te-stibus, cùm lex illorum à talibus, non solùm non abhorreat, sed quædam etiam doceat? Vota Deo nuncupata violare, castitatem im-possibilem ducere, vxores permutare, bona Deo dicata diripere, præpositis non obedire, carnem ieiuniis, & aliis asperitatibus doma-re nunquã, indulgenter fouere semper. Hæc Lutherani ex Luthero, nec multum abnuunt Caluiniani. Anabaptistæ verò perfecti Euan-gelici, etiam addunt vsuras, rebellionem, plu-ralitatem, communitatemúe vxorum, & alia, quæ piget, pudetque recensere. E contrariò verò disertis verbis Luth: asserit in Romana Ecclesia [esse nucleum Christianitatis] corticẽ ergo illi habeant, & piscentur, tum *paleas* com-burendas *igni inextinguibili*: tum bestias car-naliter viuentes, tum dæmones, tâm fœda, & planè Luciferiana superbia inflatos, vt nul-li iudicium suum subdere velint.

Experientia *Ioa: 7. 29.*

E doctrina hæreticorũ.

E testimonio Luth. *Luth: in epist. ad dn-os para: cõtra Anabap.*

Luc: 3. 17.

A patribus imo Apost: quia nunquam hæresis est primũ peccatum

NOTA.

1.Tim:1.19

Egregiè ſanè ſancti patres aſſerunt, hæreſim nunquam eſſe primum peccatum, debent enim alia præcedere ſemper. Imò ipſe Apoſtolus non obſcurè id docet, cùm admonens Timotheum, inquit: *Habens fidem & bonam conſcientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.* Itaque ante naufragium in fide, peccatum aliquod mortale, quo conſcientia læditur, & repellitur, præcedat, neceſſe eſt. Et tales capiunt Miniſtri Sathanæ. At verò è cõtrariò Christus Dominus in Eccleſia Catholica mittit, PISCATORES HOMINVM, qui plerunq; piſcantur: in Indiis quidẽ, in Iapone, in Mexico, totoq; nouo orbe, eos, qui digni ſunt, quiq; bonum nomen habent: in Europa verò, Aſia, & Africa, id eſt, in Christianitate nucleum Christianitatis, vt ipſorum propheta, & res ipſa teſtantur. Eos igitur audite obſecro vos omnes, qui à Miniſtris ſeducti eſtis. Quis enim ſanis mentis, oculis, hæc vniuerſa conſiderans, veritatẽ non agnoſcet? Quis probans ſpiritus, non capite ſuo, ſed vti probari debent, non animaduertet Miniſtros hæreticorum non à Deo miſſos, ſed à Sathana immiſſos eſſe? Cùm ne minimum quidem ſignum diuinę vocationis, omnia verò diabolicæ intruſionis in ſe habeant? Quis cordatus tantam vecordiam, quanta in doctrina vitaq; Miniſtrorum apparet, non repudiabit? Repudiate, explodite, conculcate illam, quæſo, & ad gremium matris Eccleſiæ

Exhortatio, & ſumma.

Catho-

Catholicæ remeate, quæ & obuiis vlnis vos recipiet, & omnem veritatem edocebit, in qua ambulantes non deficietis. Fiat, fiat.

Vnum adhuc nobis inuestigandum restat, quod non solùm hæreticis: sed etiam ijs, qui se politicos vocant prodesse poterit plurimum. Inuestiganda est, inquam, petra scandali, & fons tam erroneæ, & toti scripturæ contrariæ Ministrorum inaugurationis; qui ni fallor ille est quod cùm animaduertissent hæretici, licitum esse populo libero, se, suos, suaq;, cuiusuis dominio subdere (ideò scimus viros quosdam sanctissimos, & miraculis claros seruituti se addixisse, sicut fecit S. Paulinus Nolæ Episcopus, & Petrus ille de quo legimus in vita S. Ioannis eleemosynarij) ac regem, principemq; sibi constituere: arbitrati sunt, in animæ regimine idem sibi licere. Sed sicut in aliis, ita in hoc quoq; toto quod dicitur errant cœlo. Animam enim humanam ipse Deus sibi regendā reseruauit, gubernatq; illam partim per se, partim per eos, quos ipse loco sui ad id mittit: nec quisquam habet potestatem, absq; maximo piaculo & peccato, animam suam, alterius, quàm Dei imperio, subijcere. Indeq; ortum habet duplex ille in Christi rep: status, ecclesiasticus, videlicet, per quem Deus animas gubernat, & secularis, seu ciuilis, qui corporis, & quæ ad corpus pertinent facultatum, regimen gerit hunc liber populus creare & constituere sibi potest:

V. PARS. Fontem errorum, tum hæreticorū, tum pseudo polit. aperit.

Potest quis corpus suū vendere, sed non animā.

Hinc duplex status, ciuilis, & ecclesiasticus.

potest: illum minimè: vt ex tota scriptura est demonstratum.

Obiectio politi: quod alij se ingerant, &c.

Placebunt hæc politicis nostris, rectéque dicta esse, ac proinde iustas esse aient, suas erga statum ecclesiasticum querelas, quod negotijs reipublicæ sese ingerant, quod suo arbitratu omnia fieri velint, quod ea, quæ ignorant, tractent. Sanè, si ita res se habet, vti dicitur, culpa non vacabunt: verùm, si non ipsi rebus se politicis ingerunt, sed iam pridem legitimè ad id vocati sunt; si non suo, sed Dei, & rationis arbitrio fieri volunt omnia; si negotia quæ tractant, benè perspecta habent, & ipsi profectò in laude & obtrectatores eorũ in vitio erunt. Atqui ita se hîc res habent, habereúe debent; nam si qui potestate sibi data abutuntur, eos non laudo, laudo verò maiorum nostrorum institutũ, & improbo eos, qui minùs illud probant. Iniquè enim id faciunt. Iniquum est enim ius duobus traditum, sibi soli vsurpare velle. Respub: verò Polona ab eo tempore, quo religionem suscepit Christianam, in Senatu Regio, non seculares tantùm personas, sed etiam ecclesiasticas esse voluit; & ita voluit, vt ijs primas in Senatu partes concederet. Quid igitur iniquiùs esse potest, quàm cum postremi primos dignitate spoliare satagant, iuniores, senes, sæpéq; inepti, aptos?

Retorquetur.

Status Reip: Polonæ. NOTA.

Veritas vrgetur secundo. Ex: 17. 9.

Addam & aliud, dicamq; cum magno Mose (vnico mutato verbo) *Contra quos est mur-*

mur vestrum, ô Poloni mei? nunquid nō contra fratres vestros? contra cognatos vestros? contra parentes vestros? Poloni estis, & illi; nobiles estis, & illi: periti rerum vestrarum estis, & illi: zelosi boni communis estis, (ô vtinam) & illi: dicam plus, ampliùs illi. Sunt etenim plerunq; senes, nobilissimi, peritissimi, zelosissimi, nec enim habent cur priuata cōmoda & vtilitates quærant, cùm ijs abundēt, & ita abundent, vt haud rarò vos obtrectatores suos inde alant, ditent, promoueant (quā verò rectè id faciant, ipsi viderint, simulq; dictum Christi hac de re considerent.) Quid? Inuidetisné patriæ vestræ, bona consilia, vnde sæpè salus illius pendet? Sed sunt sacerdotes, inquis. Quid? Sacerdotione illa omnia amiserunt? imò cumularunt magis. *Matt: 7. 6*

Addam & illud consideratione sanè dignissimū, nec omnibus obuium, Deum Opt: Max: per aliquot annorum millia populum sibi charum, non nisi per sacerdotes gubernasse, non solùm in ijs, quæ ad animam: sed etiam in illis, quæ ad corpus, facultates, ac politiam pertinent: quod in lege naturæ nimis in aperto est. Ibi enim (vt demonstrauimus) sacerdotes curam animarum gerentes erant primogeniti. Iidem verò cùm essent familiarum capita, ciuilia quoq; munia obibant, exercitum conscribebant, eiq; præerant, (vt Abraham) filijs, familiæ, populisq; sibi subiectis ius dicebant; deniq; Principes ac Reges appellabantur. *Gen: 14. 14*

Vrgetur tertio validissime.

NOTA. Sacerdotes rexisse mundum tribus annorum millibus.

bantur. E quorum numero erat ille magnus
Gen:14.18 *Melchisedech Rex & sacerdos.* Neq; verò in lege scripta contrarium apparet. Quamuis enim tum temporis nonnunquam fuerint duces, & principes seculares, siue à Deo dati, vt
Iosue 1. 1. Iosue, Iudas, Othoniel, Barac, Gedeon, Samson; siue à pop: electi, vt Iephte, Abimelec,
Vide librũ Iudicum. & si qui erant similes: penes summos tamen sacerdotes summam potestatem & authoritatem stetisse: tum ex Mose, tum ex aliis colligitur. Samuelis demum tempore petierunt Iudæi dari sibi Regem: *Quod displicuit in oculis*
1. Reg: 8. *Samuelis.* Ad quem Dominus: *Audi*, inquit, *vocem populi, in omnibus quæ loquuntur tibi.* postulando videlicet dari sibi Regem, videturq; Deus verbis istis insinuare ius creandi Regem penes populos esse, at inaugurandi Pontificẽ minimè. Sed & de hoc negotio vide quid subiungat loqui pergens ad Samuelem: *Non*
Regimen sacerdotum, regimen Dei. *enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.* Quam claris verbis testatur Deus, regimen sacerdotum regimen esse Dei, loquiturque de regimine politico, & corporali. Nam spirituale mansit penes pontifices, & sacerdotes, & Saulis, & aliis subsequentibus temporibus. Quid ergo absurdi videri debet, illos nunc consiliarios vestros esse, per quos tribus penè annorum millibus (tot enim à mundi exordio ad Saulem effluxerant) orbis gubernabatur? imò quid absurdius illud pro absurdo reputare, quod rationi, quod sanctis, quod

legi

legi naturæ nostræ inditæ, quod ipsi Deo placet? *Rectè iudicate filij hominum*, monet & princeps politicus, & propheta Dauid Rex. *Psal: 57.*

Sed mouebitur fortassè quispiam religione, & dicet, scriptum esse: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* O vtinam religiosi, & non potiùs religionis ordinisque eius euersores esse velint politici, quam benè cum eis ageretur. O vtinam & Apostolum, & fidū eius interpretem Ecclesiam inquā Catholicā in omnibus audire voluissent? nunquam certè ad tanta, ipsi etiam lumini naturali contraria absurda deuenissent, in quantis nunc hærent. Quid verò ad D. Paulum? Taceo in Græco non esse voculam, Deo, sicq; totum argumenti robur eneruari, sed quia in Latino reperitur dico: magnam vim positā esse, tum in illis verbis, *implicet se*, tum in illis, *negotijs secularibus.* Sunt enim quædam secularia negotia quæ ecclesiasticos tractare non decet: minùs autem decet sese illis vltrò ingerere, minimè verò omnium conuenit, ita se illis intricare & inuoluere, vt ea quæ præcipui sunt eorum muneris, & quæ ad Deum spectant, intermittant. Hæc tria vitiosa sunt, sed nihil hîc istorum (in re, inquam, nam personas abutentes suo officio nō excuso, sed accuso) quin imò omnia contrario modo se habent. Non enim implicant se, sed olim implicati sunt, aut volente, aut consentiente, cui obedire tenentur, summo pontifice. Negotia verò talia sunt,

Occurritur obiectioni ex Apostolo 2. Tim: 2. 4

Tria ab Apostolo prohibita Ecclesiasticis.

ſunt,cùm quibus & officio ſuo benè ſatisfacere, & Reipub: ſuæ ac veſtræ benè conſulere, & quod caput eſt,negotium Chriſti benè poterunt promouere. Quid mali, imò quid non optimi,cum corpus ab anima in regimine iuuatur? At ſtatum eccleſiaſticum animæ,ſecularem verò curam corporis gerere,iam oſtenſum eſt.

Alia occupatio. NOTA. Regulâ hac de re: Sed ſunt alij,inquis, qui licet conſiliarij non ſint, Regni tamen ſe ingerunt negotijs. Iam dixi intrudere & inuoluere ſeſe negotijs, quæ ad aliquem nō pertinent, vitij; exequi autem ad quod quis vocatus eſt à Deo, magnæ virtutis opus eſſe. Hæcq; talium actionum noſtrarum regula eſto, quam ſi ſequemur, non aberrabimus. Non ſum neſcius, & quo querelæ iſtæ colliment, & à quibus proueniant: neq; miror hęreticos,pſeudo-politicos(quorum vtriq; regnum ſibi eripi timent)mirarer, ſi qui tales eſſent ex piis Catholicis. Certè vt de me aliquid in inſipientia loquar, nec alijs, quā vobiſmetipſis teſtibus vtar,noſtis quandò priuati ſumus, tantùm abeſſe vt nos negotijs publicis ingeramus,vt maluiſſemus potiùs ea ignorare: at verò cùm & ea in omniū ore,oculiſq; verſantur, & nos locū hunc conſcendimus, cumque(licet indigniſſimi) ad vos *pro Chriſto legatione fungimur*, quid aliud facere debemus, quam vt placeamus ei,cui nos probauimus, & à quo ad vos miſſi ſumus? Nunquid priuata peccata ſunt è medio tollenda,

Et quos fabula tāngat. Et cauſam murmuris. NOTA. Debet concionator arguere publica. 1. Ratione officij: 2.Cor.5.20 2.Tim.2.4 2. A minori minus

lenda, publica verò ita tolleranda, vt ne arguantur quidem? minores deordinationes insectandæ, maiores verò, & quæ multos simul inuoluunt, damnaq; conscientijs plurima adferunt, ne leuiter quidem perstringendę? Procumbit ad pedes confessarij proditor patriæ; culpam fatetur, desinetné commonere illum sacerdos, ne audiat, non est tuum Reip: negotijs te ingerere? Absit, imò debet arguere, increpare, & pertinaci absolutionem negare. Idem sit de concionatore iudicium. Moliuntur exēpli causa, hęretici nescio quas confœderationes, leges quoq; libertati Ecclesiasticæ contrarias, & alia eiusdem generis: assentiuntur Politici, adscribunt sua nomina, etiam quidam Catholici, palam id fit omnibus, & obmutescet ille cui dictum est: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia pop: meo scelera eorum?* Et iterum: *Si me dicente ad impium: Impie morte morieris, non fueris locutus, vt se custodiat impius, sanguinem eius de manu tua requiram.* Et per Apostolum: *Insta opportunè importunè, argue, obsecra, increpa.* Hęc, inquam, audiens verbi Dei preco, elinguis manebit: timens, ne ei dicatur, quid te Reip: negotiis implicas? Non Reipub: ô fratres, & filij mei, non Reipub: sed animæ vestræ nobis à Deo concreditæ, nos negotiis implicamus. Quicquid enim saluti animarum vestrarum est proficuum, id nunquam sermoni nostro debet esse extraneum. O quàm perhorresco

3. Ab exemplis.

4. Ratione præcepti diuini.

Isa: 58. 1

Ezec: 33. 8

2. Tim: 2. 4

Soluitur obiectio.

NOTA.

Horror cùm aliis tum prælatis.

resco hæc meditando, ne de defectu potiùs correctionis, quam de excessu iudicemur à Domino, etiam nos qui ad id præstandum inuiti protrusi sumus, quis verò timor & tremor inuadere debet eos, qui & vltrò se ingesserunt, & ex iustitia ac officio ad id tenentur?

Quomodo anima geret se cum corpore.

Iterum iterumque ad datam similitudinem recurro. Quemadmodum quando corpus cibo, potu, vxore, & alijs vtitur moderatè ac temperanter, non est quod anima sit illi molesta (nisi aliud quid status, perfectioris ratio, siue quidpiam tale requirat suadeatue) at verò si corpus cibo se ingurgitare, ebrietati vacare, sua relicta, alienam vxorem appetere incipiat, tenetur anima in corpus insurgere, timorem ei incutere, pœnis afficere, & alijs quorum capax est modis, carnem ab illicitis abstrahere concupiscentijs; pari ratione quamdiu status ciuilis, iustè iudicat, iusta bella adornat, iustas leges condit, promouet, perficit, & alia, quæ muneris sunt ipsius ritè obit, tacendum est Ecclesiastico, imò laudanda diuina bonitas, à qua omnia procedunt bona? at verò si secus euenit, concionatorum quidem est, monere, rogare, arguere, terrere, increpare: (sic enim animam suam liberabit, ait Deus per prophetam.) Antistitum verò; si nihil hisce proficiunt, arma etiam Ecclesiastica vibrare (discretè tamen, quia tempora mala sunt.)

Quomodo status Ecclesiasticus cũ ciuili.

Ezech. 33. 9.

Exemplum domesticũ mirandum.

Vultis huius rei pulchrum & domesticum exem-

andbus.

exemplum? Ecce vobis is, ad cuius sepulchrum hic congregati sumus, sanctus Stanislaus, & Pontifex, & Senator, qui vt nostis quandiu Boleslaus, cognomine terus nuncupatus, ad Kiiouiam cum exercitu erat, acies instruebat, colonias deducebat, & boni principis munia benè obibat, non tacuit modo; sed etiam (vt fas est credere) de fælici rerum successu in corde lætabatur suo Stanislaus: sed postquam prospero bellorum euentu Rex & elatus, & efferatus, luxuriæ & crudelitati se dedit, rogare illum primò, monereq; priuatim, deinde etiam publicè arguere cœpit Episcopus, vt vxorem alienam dimitteret, effrenatos animi motus coërceret, & à tyrannide cessaret; postremò cùm nihil proficeret, acriora, pastoribusq; propria adhibuit remedia, gladium Ecclesiasticum eduxit, Regem excommunicauit, & alia vobis benè cognita perfecit. At propterea, inquis, à Rege occisus interijt Stanislaus. Ita sanè. Sed quid inde consecutum? Id videlicet, quod te non latet, vel certè latere non debet, tyrannidem Boleslai dedecori, martyrium verò Stanislai, tanto honori tibi fuisse, esseque, quantùm nunquam aliâs experta es, ô gens mea Polona. Nunquid ita se res non habent? Nonné Boleslaus dignitatē Regiā, qua multis postea caruisti annis tibi ademit? Stanislaus verò, nonne nomen tuum notum nō fecit toti terrarum orbi, ad Antipodas vsque? Ita omninò

NOTA.

Pseudo-politici ignominia, pij honore afficiunt patriam.

nô res se habet. Omnes enim gentes, omnia regna, linguæ, populi, Polonorum nomen è Breuiario Romano discunt (quod olim vicinis tantùm ob res prȩclarè in bello gestas notum fuit.) Disce igitur tu quoque, disce, obsecro, non Boleslaos audaces, iniustos, crudeles, in pseudopolitia sequi, sed pium parentem eius Casimirum, & alios Reges Poloniȩ, Chabros, Mecellaos, Iagielones, hisq; similes, imitari, in magna, quam erga Sedem Apostolicam, totumque statum Ecclesiasticum habebant, reuerẽtia, & obedientia, in zelo promouendi cultum diuinum eximio, in syncero sui, rerumque suarum, consilio, sacerdotum veneratione, inque alijs virtutibus excellentissimis. Hac enim ratione, non hanc momentaneam, terrenam, leuem famam, sed illam amplissimam cȩlestem, ac perennem gloriam obtinebis; quam Christus IESVS Dominus noster nobis meruit, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

FINE

